ita ut lateraliter se contingerent, circumcinctum. Videns igitur ministeriales, milites et militares viros, aliosque strenuos nobiles, dominio ejusdem castri jure feodali subjectos, stupefactus, letanter confessus est, se murum preciosiorem et fortiorem non vidisse. — speciosiorem c.

Anno Domini M°CLXXVII. In vigilia sancti Jacobi, apud Venetiam, mediante Christiano Maguntinensi archiepiscopo, imperator et papa, post decem et octo annos dissidii, reconciliantur. Tunc Alexander papa habebatur, et edicta mutantur. — maguntin. c.

Anno Domini M°CLXXIX. Alexander papa —— apud Arelatensis.

Eodem anno Fredericus —— predictus obiit. — Hern. Gaid.

Anno Domini M°CLIX. Mediolanenses, post primam compositionem rupto federe, legatos imperatoris multis injuriis affecerunt, ejusque contra se indignationem, obsidum, quos dederant, salute neglecta, denuo provocaverunt. Rex itaque in ultionem imperialis curie, revocatis principibus Teutonicis, castrum quoddam Mediolanensium, arte ac loco munitissimum, Cremam nomine obsedit, quod cum magno damno et conflictu cepit, et funditus destruxit. Versus: — Hf. 111'. — H. l. angl.

Sus fuit inventus, quo fixit castra juventus,
In medio tergo lanam tulit, accidit ergo,
Nomen ut aptarent, Mediolanumque vocarent.

Anno Domini M°CLVIII. Fredericus imperator in Longobardiam proficiscitur, et Mediolanum[a] ab eo per quadriennium obsidetur, qui hoc destruxit, scilicet

a) [illegible] – nā c.